

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis Epinomis, vel, Philosophus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

PLATONIS EPI-
NOMIS, VEL, PHI-
LOSOPHVS.

MARSILII FICINI
ARGUMENT.



HESAVRVM diuini Platonis, magna-
nime Laurenti, latere in hoc Epinomide qui
philosophus rursus inscribitur, Platoniorum
ambigit nullus. Sed ad hunc in lucem penitus
expromendum, multis opus est machinis. Mar-
silio vero tuo argumenta promittenti, non li-
cet prolixiora præstare. Præsertim cum &
scriptorum expressorumq; tabellarij opus assidue urgeant, & argu-
menta procacius è manibus extorquentes, vix permittant in singu-
lis voluminibus summa sequi fastigia rerum. Præcedentium legum
consilium est, animos civium pro viribus ita componere, vt expedi-
tam adepti tranquillitatem, diuinorum operum rationes & causas
perscrutentur, & in his quasi speculis autorem deum speculentur, &
colant. In speculatione quidem sapientia, in cultu vero religio, ut
ambobus tota consistit humana felicitas finisq; legum. Eiusmodi si-
nem superiores quidem promittunt leges: Epinomis vero præstat do-
nante deo. Itaque perfectum hunc mentis habitum in exordio rati-
cinatus deinceps supplici quadam oratione petit à deo. Felicitatem
alijs in hac vita haberi posse iudicauerunt: alijs in altera, alijs vero
nunquam. Profectò quicumque in hac vita humanis eam viribus ac-
quiri putant, totius vite testimonio reclamante manifestè falluntur.
At vero qui nusquam, vj tanquam vani, vanum quoque esse volūt
naturæ totius instinctum. Sapienter admodum Plato noster felicitatem
in altera vita sperat, tum præsentis vite virtutibus, tum dei
munere comparandam. Non diffidit tamen paucissimos quosdam in
hac quoque vita felicitatem degustare posse. Quos in Phædro, in
Phædone, in Reipublica tales esse vult, vt extra corpus viuant po-
tius quàm in corpore, deoq; ipsi potius quàm sibi viuant: quo effici-
tur, vt aspirante deo vel inter ipsos fluminis Lethe fluctus, libere
nonnihil ætherei nectaris videantur. Neque ab re hunc Epinomidem
præterea inscripsit Philosophum. Siquidem vt in Reipublica sexto
& septimo, & in præsentis libro patet, philosophi officium est rerum
omnium rationes inuestigare, vt diuinam ipsam qua factæ sunt, in-
ueniat rationem, inuentam colat, culta fruatur. In hoc autem libro
ad felicitatem, quam in sapientia religiosa proculdubio collo-
cat, perducere nos contendit, proprium legitime philosophantes de-
pingit ingenium, & conuenientibus disciplinarum gradibus erudit
& format. Atque vbique non minus, imò multo plus virtutis &
pietatis, quàm scientiæ à philosopho videtur exigere: & quicquid
scientiæ ab hoc exigit, idcirco requirit, vt deum ipsum verum tam
scientiæ magistrum quàm autorem rerum que sciuntur, præ ceteris
veneretur. Primo vero vim nobis ad diuinam felicitatem natu-
raliter instam ex eo probat, quòd oēs in omnibus actionibus ipsam
& raticinamur & querimus, & alijs omnino nullis implemur.
Deinde singulas ordine facultates enumerans, ostendit hanc neque
naturalibus, neque necessarijs, neque ludicris & iocosis, neque au-
xiliatricibus facultatibus comparari. Tertio demonstrat virtutibus
tum moralibus, tum speculatiuis acquiri sapientiam & pietatè beati-
tudinis fundamenta. Vbi vero speculatricis doctrinas enumerat, pri-
mo quidem arithmetica non laudat solum, veruetiam admiratur.
quam in libris superioribus maxime omnium inquit ingenium acue-
re, memoriam confirmare, animum ad omnem speculationem actio-
nemq; aptissimum promptissimumq; efficere. Atque hic addit nume-
rum ab ipso deo hominibus traditum velut rationis discursionisq; ne-
cessarium instrumentum. Quo sublato, et animus amens appareat,
& scientiæ artesq; penitus euanescent. Laudat præterea geometriam
mensuras spectantem, & stereometriam librantem pondera, et astro-
nomiam celestia obseruantem, & musicam concentum celestium imi-
tantem. Comendat quoque physicam, vbi de corporum generibus,
compositionibus, animalibus motionisq; & generationis principio
tractat: sed ita, vt minutissima quæque naturalium relinquat medi-
cis, tanquam ab eo qui ad diuina se confert, minimum aliena.
Dialecticam denique i. metaphysicam, & apicem huius theologiæ
velut reginam omnibus anteponit: videlicet singulis ceu gradibus
vtentem ad inueniendum deum atque adorandum. Tria vero regi-
næ huius circa ceteras facultates munere esse probat. Primum, vt
multitudinem harum omnium circumspectat. Secundum, quæ nam
ma in cunctis cõmunio connexioq; sit conspiciat. Tertium, qua ra-

tione ad vnum ipsum diuinumq; bonum, & multitudo hæc, & hu-
ius uno conferat, manifestè suspiciat. Addit aut, nisi eiusmodi vni-
doctrinarum ad diuinum vnum conduceret, comprehendatur, cum-
etas omnino inanes euadere: neque quid in eis vnum sit percipi pos-
se, nisi comparetur ad vnum, à quo & ipsam accipiunt vniorem.
Mentem vero hæc omnia consecutam, atque ita vnitam sibi: rur-
susq; per se vnitam deo: & hic ait pro viribus beatam esse, & in al-
tera fore vita omnino beatam. Id aut libri totius est argumentum.
Paulò post exordia, vbi traduximus hæc verba, scilicet, Breue au-
tem tempus, quod deinde sequitur. Ad rationis discer-
sum idoneum, & id quidem non solum in deprauatis, sed & mode-
ratis hominibus relinqui videtur. Vbi vero calum laudat tanquam
& prudentiæ & donorum omnium causam, eiusmodi laudes à celo
corporeo ad incorporeum caelum. i. ideam cali vult transferri. Quæ
ibidem adorari iubet per caelum visibile, quasi per simulacrum signi-
ficatam. Tu vero hic attende, homines in genere terrestrium dæmo-
num iudicari, vbi inquit, dæmones alijs simul oēs, & quæ sequun-
tur. Post hæc ait, si quis quod diuinum est generatione cognouerit,
verum numerum, pietatemq; cognouerit. Diuina in generatione duo
significat: tum spiritalem quandam motionem quæ in anima est, si-
ue vim motricem corporeæ motionis, generationisq; originem: tum
speciem naturalem, quæ in perpetua generationis successione serua-
tur. In motu quidem animæ verus est numerus musica, vt Timeus
ait, proportionem concentuq; consonans. In specie quoque verus nu-
merus. Rerum nanque species certo quodam numero & ordine dispo-
nuntur. Per hæc vtique religio confirmatur. Nam ex libero animæ
motu diuinam substantiam per se existentem raticinamur: & ex
perpetua in speciebus perseuerantia idearum auguramur æternita-
tem. Audies sententiã Mosaico mysterio similem. Ait enim, si quid
mali ab aeris qualitate & plantis & animalibus nobis infertur, non
diuinam naturalem culpandam esse, sed humanam, quæ iniuste vi-
tam suam distribuit: In sequentibus, legum finem manifestè cogno-
sces his verbis. Finis hic legum tibi propostus est, vt dei cultu & vi-
tæ puritate optimum atque pulcherrimum exitu consequaris. Mox
repetit tria pietatis capita. Primum, vt deum esse credas. Secundum,
vt maximorum simul & minimorum curam habere constiteris. Ter-
tium, vt nullis precibus aut donis iniique secti eum existimes. Confir-
mat & iterum diuinitatis fidem ex ipsius animæ excellenti quadam di-
uinitate. Putat autem quicquid ita corpore melius est, vt sit & diu-
nius, id est diuinis similius quàm corporeis, idem corporibus cunctis
antiquius esse, propterea quod in quolibet rerum genere sine ordine,
quod perfectius est, esse quoque magis possidet: ideoq; causam imper-
fectioribus exhibet existendi. Quòd vero alteri esse præbet, nimirum
est & antiquius. Addit, quando ex congressu animæ cum corpore,
conficitur animal, vnam quandam ibi formam in corpore resulta-
re. i. vitam corpoream in subiecto ex accessu vite & corporeæ proce-
dentem. Ponit & duo rerum genera. Alteram quidem corpoream,
incorpoream vero alteram. Et huic quidem actionem, illi vero at-
tribuit passionem. Huius item vnam esse dicit formam, ob id potissi-
mum, quod & simplex est, & in ipsa semper forma substantiæ per-
manet. Sed quod legitur, Non enim est aliud, & quæ sequuntur:
alibi ita legitur, Nam quod in alia transmutatur, non est incorpo-
reum, & omnino coloris expertis præter diuinissimum reuera animæ
genus. In genere vero corporum quinque collocat corpora. Quæ
ideo vocat solida, quia & in profundum adacta discernuntur à pla-
nis, & in omni corpore vel liquidissimo est aliquid solidi, tum per
ipsam naturæ propriæ consistentiam, tum Platonicè per quandam
terrenæ naturæ similitudinè ad caelum vsque diffusam. Cælum qui-
dem ex eo ignem nominat, quod propriam habet lucem, quæ præci-
pua ignis est qualitas. Habet & perennem motum, qualem vide-
mus in igne: & instar ignis non patitur mixtionem, & quia non-
dum naturali depellitur loco, ideo non cogitur assensu redire, sed re-
uoluitur. Et actu quidem lucet, virtute vero calet. omnino vero di-
uersissimi generis est à nostro. Post caelestem ignem, alteram collo-
cat ignis speciem, calentem iam magis quàm lucentem sub luna æthe-
ris nomine nuncupatam. Cuius quidem vestigium quoddam est no-
ster ignis, iam non solum calens, sed adurens: adurens inquam ob
nimiam asperitatis terrenæ permixtionem. Qui vero in tenui uiget
materia, lucet purius, caletq; suauius: præsertim ubi à nullo coar-
ctatus spatiat in amplum. Huic subdit ærem aquamq; & terram.
Putat aut quilibet mundi spheram ex his quinque componi: ut per
felicitissima inter oēs sit, tam in substantia connexio quàm in virtute
et actione cõmunio. Verum in qualibet spherâ unum esse præcipue,
ac pro natura sua reliqua insuper contineri. Sic & æther in terra
terrenus est: & terra in æthere euadit æthereæ, similiter et in cælo.
Sed de his nonnihil in Theologia, nonnihil in Timæi commentarijs
diligentius. Proinde animalia in cælo, æthere, aère, aqua, terra

rationalia collocat. Quae dicit ab anima fieri: ab anima inquam triplici. Vult enim ultra unam mundi totius animam, duodecim esse sphaerarum, duodecim animas: deinde in qualibet sphaera duodecim esse ordines animarum. Hi ordines in caelo sidera sunt & stellae, in terra homines: in aethere, aere, aqua, scilicet sublimiori, sunt dea mones. In his singulis animatis animam rationalem corpori suo coniunctam animal procreare. i. compositum quiddam ex proprio corpore, vitaeque corpori prorsus infusa. Quae quidem vita iam facta corpore a triplici dependet anima. Nam & a propria, & ab anima sphaerae, & a mundi totius anima. Quod autem caelestia animas habeant, argumento sunt apud Platonem diuinitas substantiae caelestis, quantitatis amplitudo, qualitatis virtus viuifica omnium, motionis velocitas atque efficacia. Quod in super animae caelestes mentem habeant, ex ordine tenorisque eiusdem perseverantia coëgit. Subdit necessitatem animae mentem habentis esse quam maximam, duobus id modis intelligens. Primo quidem, quia naturalis necessitas, puta in hac vel illa ignis parte ad comburendum & ascendendum, agit alium de ducta. Animae verò intellectualis natura, quatenus participat intellectum, eatenus suae actionis est domina. Deinde quia motus animae cum sit natura liber, praeparari facile potest, vicissimque per sagari nisi mente velut auriga regatur: mente inquam perfecta, & optimum actionis finem, & electissimam viam ab initio prouidentem. Quae quidem cum optima optima adest animae, qualis est in stellis, necessario praescriptum opus assequitur. Nam & optima animae, id est potentissima non reluctatur corpora, & mens optima consilium non permutat. Hinc ergo ait tres Parcas conseruare perfectum quicquid certo consilio caelestes dii deliberarunt. Tres autem parcas, satum unum ad diuinarum mentium nutum tria disponens, principia scilicet, ac media, finesque rerum. In superiori verò libro, quae fati constituta sunt, materis ad ignem elaboratis, siue directis, siue contortis dixit esse similia. Nam ut haec materiae in oppositum ultra flexi non possunt, ita neque fatalia. Neque iniuria ad ignem contorta commemorauit. Nam igne caelorum sphaerae fati sunt instrumenta. Praeterea ubi stellae aut vel sempiternas esse vel longaeuas, sufficienter Orphicam, & forte mercurialem tangit opinionem: Mundum scilicet post multa secula in ignem resolutum iri. Nam & dissolubile esse tandem quod compositum, & ignem velut maximum omnium atque potentissimum in se omnia tandem mirabiliter assumpturum. Mentem verò diuinam operis huius artificem ex igne rursus opus simile & simili fato facilimoque nutu reformaturam. Quam quidem sententiam Anaxagoras, Empedocles, Heraclitus, & Stoicorum plerique confirmauerunt, fatentes deum quidem omnipotentem posse opus suum semper in ordine simul tradito conseruare: at opus ipsum, quia & finitum natura est, & intra se repugnans, non posse seruari: deum verò quod formationi deest, reformatione rependere. Sed haec illi viderint. Neg verò notabis hic Platonem eos redarguere, qui caelestia idcirco negant viuere, quia semper eodem modo ferantur. Quod quidem non absens vitae, sed praesentis sufficientiae atque sapientiae esse omnibus debuit argumentum. Memento praeterea animam a corpore adeo diuersam existimari, ut nihil sit utrisque commune, id est nulla communis materia. Item quia anima ex materia non dependet: rursus quia natura corporea, neque vera substantia, neque vera essentia indicatur: appellat animas stellarum deos, eorum verò corpora deorum simulacra. Proinde in diis caelestibus Iouem nominat prouidentem munus: Iunonem verò, vim animalem prouidentem subditam. Ait & stellas singula acutè sentire, per sensum videlicet a nostro longè diuersum. Describit quoque naturam demonum prudentia, sensu, memoria, motu potentem: inter deos hominesque mediam: intercessionis, interpretationisque gratia honorandam, cogitationes nostras cognoscens, ex nostris videlicet figuris & motibus & affectibus, diligentem bonos, malis insensam. Omnes hic demones videtur bonos existimare, quos videlicet doceat coli. Alibi verò nonnullos significat esse malos. Et aethereos quidem aereosque inuisibiles. Aqueos verò, quos nominat semideos, videri ait nunquam & vix, visu scilicet intimo potius quam externo. Addit admoneri animos a demonibus per somnia, voces, vaticinia, ostenta: maxime verò quo tempore animus migrat a corpore. Multa his admonentibus religioni addita esse inquit. Ait praeterea non licere quae in religione legibus firmata sunt, mortali naturae mutare. Mortali inquit, diuinae licet. Edisce diuinum dictum. Ratio omnium diuinissima visibile constituit mundum, quem vir felix admirans charitate accenditur diuinitatis inueniendae, unde felix & hic & in altera vita euadit, fitque per sapientiam verè unam verè vnus: ad congrua virtuti loca translatus reliquum etiam omne tempus diuina contemplaturus. Mox ubi traductum est, Res. n. diuinas, & quae sequuntur, alibi legitur. Non. n. prudentis est diuino rui alia quidem honorare, alia verò negligere. Narrat inter haec

astronomica quaedam notissima. Laudat ad ingenij virtutem temperatam aeri qualitatem. Deinde ubi ait motionem, ad bonum tendens se modo habere: ne cogites alteram quidem mundi animam bonam esse, alteram verò malam, sed ab ipsa mundi anima proficisci bona, quatenus mentis est particeps. Alioquin prouentura inde mala. i. ordine numerorum omnino carentia. Mala. n. in superioribus nominauit, quae concordia numero & pulchritudine carent. Bona verò quae consentientibus numeris coaptantur. Subdit mala. i. priuationem ordinis, videlicet fuisse a bonis. i. ab initio rerum ab ipsis diuinae mentis ideis. Itè vinci oportere, scilicet mundo perseverante. Haec verò fuisse dicta secundum iudicium impiorum puniens: quia videlicet diuinum iudicium malos puniens, iniustitiam malum vincit iustitiam bono. Notabis virtutem maximam esse religionem, negligentiamque religionis causam infelicis ignorantiae hominibus extitisse. Item optimum ingenium esse quod ex temperantia & fortitudine mixtum sit, docile, memor, ad diuina propensum. Cumque eiusmodi ingenia rectè educata sunt, religionis cultus ab ipsis in alios verissimè proficisci, ciuitatiq. omnium utilissimum. Et sapientiam nisi adiuuante deo disci non posse: ab eo autem qui modum in docendo non seruat, satius fore non discere. Item deorum plena esse omnia: adeo ut superi neque obliuiscantur nostrarum rerum, neque nos deserant. Quae verò de numeris attingit raptim, ubi opportunus fuerit, latius explicabimus. Nunc ita perstringe. Numeri in se quidem incorporei sunt, quando nihil aliud sunt quam repetita unitas. haec autem indiuidua est. At cum primum situm sortiri putantur, fingi possunt in puncta conuerti. Item ex tractu quadam à puncto in punctum nasci lineam, ex cuius ductu superficiem, ex cuius descensu profundum. Numeri lineares quidam sunt, superficiales alij, alij verò cubi, atque solidi. Primi sicut binarius unitati quam proximis. Secundi sicut quaternarius, per binarium ab unitate procedens. Tertij, ut octonarius ex binario in se reuerso profectus. Perfecta item proportio dupla putatur. Primo quidem, quia prima est, inter unum scilicet atque duo progenita. Secundo, quia dum videtur discessisse ab uno, geminando restituit unum. Tertio, quoniam omnes proportionibus intra se continet. Nam & sesquialtera & sesquitercia similesque, velut partes sunt infra duplam. Haec natura obseruat in caelo, seruat & huius gratia sesquialtera etiam sesquitercia, ex quibus dupla componitur. Pythagorici. n. ubi sphaerarum interualla dimetiuntur, terram ad firmamentum comparant: Item ad Lunam & Solem. Solem quoque ad firmamentum. In quibus sanè comparationibus interuallum à terra ad Solem, comparatum ad interuallum ab eodem ad firmamentum, efficit quidem inter terram ac Solem sesquialteram: inter hunc verò & firmamentum sesquitercia, & in illa quidem proportione diapente consonantia nascitur: ex hac autem diatessaron. Ex quibus certe ambabus conficitur proportio dupla consonantiaque diaphon. Voluit & à terra ad lunam fieri diatessaron, sicut ad solem fit diapente, & à sole ad firmamentum inter diatessaron. Quemadmodum verò natura proportionibus eiusmodi obseruat in sphaeris: ita in actionibus passionibusque elementorum. ut enim actio perfecta proueniat, oportet agens duplo potentius esse subiecto. Sed quare? Quia cum intendat in agendo geminare seipsum, nimirum proportione indiget geminante. Alioquin si minore spatio superarit, reluctans subiectum perfectam impedit actionem. Sicut verò dupla conducit ad substantialem speciem generandam, ita sesquialtera ad familiarem speciem effectiorem atque figuram, & sesquitercia ad accidentia quaedam communiora. Praeterea proportio eiusdem modus in nostris seruatur humoribus. Duplum enim esse voluit sanguinem ad pituitam, duplam & hanc, ad bilem: hanc similiter ad atram bilem. Quod si duplas habent, consequenter sesquialtera & sesquitercia, quae in dupla sunt, continent. Similes quoque in auditu consistunt. In quo quattuor aeris insunt gradus: Tres ignis: Duo aquae: Terra vnus. Scis autem inter quattuor atque tres proportionem fieri sesquitercia. Continet. n. quaternarius ternarius, ac insuper unitatem partem ternarum tertiam. Scis quoque ternarium inter atque binarium sesquialtera collocari, quando ternarius binarium continet, insuperque unitatem alteram. i. dimidiam binarum portionem. Quobrem in ipsa auditus affectione proportionibus omnes manifestius quam alijs insunt. Itaque et consonantiae. Diapason quidem. i. octaua vocis, in dupla. Diapente verò. i. quinta, in sesquialtera. Diatessaron autem. i. quarta vocis, in sesquitercia. Mitto quod in quattuor elementum proportionibus possunt similes cogitari. Sed de his alias. Consentiant his & medici in ipsis quae ad tactum & quodammodo ad gustum pertinent, gradus quattuor numerantes. Primum quidem qui vix sensu percipiatur. Secundum verò qui manifestè percipiatur, sed non offendat. Tertium iam offendente et deinde ledente. Quartum breui interi mentem. In his quidem gradibus, dupla & sesquialtera et sesquitercia reperitur, sed haec medici viderint. Adducit hic Plato unum, duo, quatuor,

Proportio
humorum
stri corporis

ff ij tuor,

suor, sex, octo, duodecim. A quattuor ad duo, dupla est, ab octo ad quattuor quoque dupla. hi quidem excessus duo, proportionem sunt pares. uterque enim fit per duplam, non tamen pares numero: octo narius enim quattuor superat quaternarium: hic verò binario excedit binarium. Compara rursus senarium, hinc quidem ad quaternarium: inde verò ad octonarium. Hinc certè fit sesquialtera: inde verò fit sesquitercia. Hi ergo excessus proportionem sunt impares, numero verò pares. Utrobique enim per binarium fit excessus. Rursus compara sex ad duodecim proportionem dupla, & inter hæc ad utrumque conferas octonarium. Certè à duodenario ad hunc sesquialtera nascitur. Ab hoc ad sex, oritur sesquitercia: ex quibus dupla inter sex duodecimque componitur. in qua duo illi excessus tã proportionem quam numero impares euidenter apparent. Hæc omnia in commentarijs Timæi commodius pertractantur.

CLINIAS, ATHENIENSIS HOSPESES, MEGILLVS.



AM, ut communiter statueramus, huc tandem omnes tres, o hospes, rectè peruenimus, ego & tu, & hic Megillus de prudentia quaesiturus, qua ratione illud attingere valeamus, quo intellecto humanus habitus optimè se quantum natura

fert, ad prudentiam habet. Cetera enim qua ad ferendas leges pertinebant, iam tractauimus. Quod verò & inuentu & dictu maximum est, quoniam videlicet si cognitum sit, sapiens homo fiat, neque inuenimus, neque diximus. Verum nullo pacto præmittendum censeo, ne forte imperfectum illud relinquamus, cuius aperiendi gratia hucusque profecti sumus. ATH. Scite loqueris, o amice Clinia. Sermonem verò quendam nunc mirum, & rursus quodammodo non mirum auditurum te puto. Multi enim fluctibus huius vitæ iactati illud prædicant, humanum genus felix atque beatum esse non posse. Attende igitur & considera vitum & ipse rectè hæc de re dicere videar. Impossibile arbitror homines in hac vita præter modum paucos felicitatem & beatitudinem assequi. Bona tamen spes est, ut post mortem quis ea omnino consequatur, quorum desiderio accensus, optimè pro viribus egit vitam atque exegit. Nec inauditum aliquid nouimus adduco, sed quod Barbari omnes & Græci modo quodam cognoscimus. Nemo enim ignorat quanta sit in prima generatione animalium difficultas, in conceptione & viro primum: deinde in natiuitate & partu, postea in nutritione atque educatione. Nam per mille labores fieri hæc ignoramus. Breue autem tempus est, non solum respectu diuturnitatis malorum, verum etiam quocumque modo quis cogitet, quod quasi circa humana vitæ mediū respirare parumper nos facit. Sed citò tristis senectus superueniens efficit ne quis optet rursus in vitam redire, cum præteritas molestias cogitet, nisi puerili opinione feratur. Quæ omnia ita se habere, illud mihi argumento est, quod modo queritur. Quærimus enim quoniam pacto fieri sapientes possimus, quasi aliqua huiusmodi vis singulis insit. Quæ quidem tunc nos fugit, quando ad aliquam earum facultatum, quæ artis vel prudentiæ vel scientiæ nomine communiter appellantur, quis perrexerit, tanquam nulla istarum in huiuscemodi humanis rebus digna sit sapientiæ vocabulo nuncupari, animus tamen valdè confidat, vaticineturque aliquam huiusmodi vim sibi secundum naturam inesse, quæ verò sit, & quan-

Quæ artes sapientem non reddunt.

do, & quomodo adsit, facile inuenire non possit. Nōne dubitatio & inquisitio hæc nostra de sapientiâ, huc spectat maximè? plena nimirum spe in singulis quicunque & seipso & alios prudenter concorditerque possunt in omni genere sermonis disputationisque examinare. Itane, an aliter hæc se habere dicemus? CLIN. Nos quidem hostes ista concedimus, sperantes videlicet unà tecum deinceps ad verissimam de his sententiam peruenturos.

ATHEN. Alias igitur artes, quæ cum scientiâ appellantur, hominem sapientem non faciunt, primum percurramus, ut illis remotis, eas quibus egemus admoueamus, comparemusque, & facta comparatione discamus. Atque eas in primis videamus, quibus humanum genus maximè indiget. Verè enim hæc primæ sunt, & maximè omnium necessariae. Quarum artifices quamuis ab initio sapientes visi sint, nunc tamen & sapientes non habentur, & propter eas artes vituperantur. Dicendum igitur quæ nam hæc sint, & quod quicunque optimi viri cupiunt videri, artium huiusmodi studia fugiant. Prima verò sit, quæ ab humanarum carniū est, qui ferarum ritu quondam inter homines inoleuerat, ut fabula ferunt, abstinere iussit, & ad victum modestiorem nos reuocauit. In quo sanè præsci homines quamuis mansuetè & humaniter nobis consuluerint, valeant tamen, nec sapientiæ nomen usurpent. Deinde cibi Cerealiū artificium vitale quidem & pulchrum, sed sapientem absolute virum nunquam efficiet. Difficultatem enim & molestiam potius quam sapientiam afferet. Neque etiam agriculturæ id faciet. Non enim arte, sed natura & dei quodam favore terræ culturam aggressi videmur. Sed nec domorū constructio, & reliqua omnis ædificatio, suppellectiliū effectio, nec araria, vel lignaria fabrica, aut figlina, aut textura, nec instrumentorum omnium artificia, quæ plebi accommodata, quicquam ad virtutem afferunt. Venatrix etiam ars omni quamuis varia & ingeniosa sit, magnificentiam tamen sapientiæ non tribuit. Sed nec diuinatio aut interpretatio vlla. Nam & si quæ dicuntur cognoscit, vitum tamen vera sint necne, non intelligit. Postquam verò nullam earum artium quibus necessaria parantur, sapientem hominem facere nobis constitit, reliqua est imitatrix quædam facultas minimè seria. Sæpe enim instrumentis imitatio fit, plerumque deformibus corporum gestibus & figuris. In eloquio etiam & musis imitatio est, & in fingendo pingendoque, ubi multa & varia in corporibus tam duris quam mollibus exprimuntur. horum nihil hominem imitationi deditum, sapientem reddit: imitatione verò sublata, artes aliæ restant quæ in ferendo auxilio versari videntur. hæc quidem multa & varia sunt, sed omnibus bellatrix, quam imperatoriam vocant, excellit. Hæc summoperè propter usum probatur, sed felicitate maximè indiget, & fortitudine magis naturali quam sapientiâ perficitur. Medicina quoque nobis opitulatur contra immoderati frigoris & coloris impetum, cæterorumque huiusmodi quibus natura animalium læditur. sed horum nihil ad sapientiâ veram conducit, incertis enim coniecturis, opinionibusque procedunt. Nautas quinetiam gubernatoresque ferre auxilium non negabimus. Nec tamen eorum quenquam sapientem vocari ab aliquo permittemus. Nullus enim eorum iram ventorum amicitiamque cognoscit, quod

quod & optimum est, & maxime in gubernandi arte requiritur. Neque enim sapientes dici eos volumus, qui litigantibus dicendi viribus adsunt. Quippe cum memoria & usu opinionis moribus se accommodent, & à vera intuitiva intelligentia procul aberrent. Reliqua est mira quædam vis, quæ sibi opinionem sapientiæ similiter vèdicat, quam naturam magis quam sapientiæ multi dicerent. Hæc in eo consistit, quando facile quispiam discit, quæ velit, & multa diu ac firmiter meminit, & quod unicuique idoneum est cum oporteat, citò, & còmodè reddit. Hæc enim omnia alij naturam, alij sapientiæ, alij naturæ solertiæ nuncupabunt. Sed nullus mentis còpos verè sapientem propter hæc esse quenkam concedet. Veruntamen necesse est scientiam aliquam inueniri, quam quisquis habuerit, non solum videatur, sed reuera sit sapiens. Attentione opus est. Nam arduam omnino rem aggressi sumus, qui aliam præterdictas artes scrutemur, quæ iure sapientiæ vera dicatur: quæ qui adeptus est, nec abiectus, nec stultus erit, sed sapiens bonusque propter ipsam civis, modestusque civitatis princeps & subditus. Hanc igitur primam inspicimus, quæ ex omnibus humanis artibus ita se habet, ut si hæc una se moueatur, amentissima & insipientissima hominis natura reddatur. Non est autem hoc inuentu difficile. Nam si vni unam conferes, illa quæ numerum mortaliu generi dedit, id profecto efficiet. Deum autem aliquem magis quam fortunam ad salutem nostram hoc munus nobis arbitrator contulisse. Quem verò deum putem, vobis dicam, et si absurdus videbor, & rursus modo alio non absurdus. Nam ipsum bonorum omnium autorem, cur non est maximi boni, prudentia dico, causam arbitrabitur? Quem verò deum laudibus, ò Megille, & Clinia effero? Cælum fermè, quod par est, sicut demones alij simul omnes ceterisque dei faciunt, nos quoque honoribus colere, ac precipue adorare. Atque ceterorum omnium bonorum causam nobis cælum fuisse, omnes confiterentur. Dedit præterea numerum, atque et si quis obseruare velit, daturum, nos affirmamus. Quod quidem is assequetur, qui in rectam eius speculationem ascenderit, siue mundum, siue olympum, siue cælum id libeat appellare, dummodo varietates ipsius consideret, & quo anfractu circuituque astrorum diuersa efficiat tempora, alimentaque aut alibus largiatur, ac sapientiæ unam cum numero ceterisque bonis, hominibus tribuat. Id verò maximum est, si quis numerorum munus ab eo suscipiens, omnem percurret circuitum. Sed memoria repetamus, dictum & rectissime quidem in superioribus à nobis fuisse, si quis ab hominum natura numerum auferat, nunquam prudentes nos fore. Nunquam enim fermè animalis huius anima virtutem omnem percipiet, à quo rationem abstuleris: nec animal quod duo & tria, & par & impar, ac numerum prorsus ignorat, rationem de rebus reddere unquam poterit, quas sensu solum atque memoria percipit. Reliquam verò virtutem, fortitudinem dico & temperantiam, habere nihil prohibet. Qui autem vera rationis est expertus, is quomodo sapiens unquam euadet? Cui verò deerit sapientiæ, vniuersa virtutis pars maxima, is cum bonus absolute esse non possit, nunquam beatitudinem assequetur. Ita necesse est omnino numerum præsupponere. Idque necessarium esse, pluribus etiam rationibus monstrari licet. Sed rectè nunc ratione hac ostenditur, quod ceteræ artes quas omnes paulò antè enumerauimus, sublato nu-

mero penitus euanescent. Fortè verò qui de artibus cogitabit, pauca esse arbitrabitur, in quibus humanum genus numero indiget, quamuis & hoc magnum sit. Verum si quis, quod diuinum in generatione, & quod mortale est, inspexerit, qua in re pietas erga deos & verus numerus cognoscetur: is profecto inueniet, nullum vatem quantæ virtutis nobis causa numerus sit, si modo vniuersus affuerit, comprehendere posse. Nam & tota musica motus & vocum numero indiget. Et quod maximum est, bonorum quidem omnium, mali verò nullius causam esse numerum, hinc facile cognoscere possumus, quod irrationalis & inordinata, deformis, inepta, inconcinnaque, agitata, omnia denique in quibus mali quippiam inepti, omnino numero carent. Quod sanè qui beatus tandem futurus est, ignorare non debet. Et qui iustum, bonum, honestum, ceteraque homini ignorauerit, nec veram opinionem de his acceperit, ad seipsum & alios persuadendos numeri rationisque vi vi non poterit. Sed consideremus iam quo numero vi discimus. Age, unde unum & duo percipimus? Ut illud autem aduertemus, ad quod cognoscendum ab vniuerso naturam unum accepimus. Profecto cum multis aut alium natura negauerit, ne à patre queant vsum numeri discere, nobis id primò in didit deus, ut possimus in eo quod ostenditur, numerum intelligere. Deinde ostendit apertius, idemque assidue facit. In qua explicatione rerum nihil aliud, si unum vni conferatur, pulchrius aspicere possis quam dici lucem. Unde & noctem oculorum officio vicissim consideres, vbi maxima apparet diuersitas. Nam si reuoluere hæc non desinas, multas noctes, & multos dies videbis, quibus cælum nunquam cessat docere homines unum atque duo, ut etiam qui tardissimus est, hinc vi numero discat. Sic enim & tria, & quattuor, & multa quilibet cernendo, hæc intelliget. Sed de his unam deus Luna formauit, quæ modo minor, modo maior apparet, ita quotidie varia ad quindecim viginti dies ac noctes cernitur. Hic autem circuitus est, si quis totum circulum in unum conferre voluerit. Quare, ut ita dicam, tardissima est autem alia, quibus naturam aliquam deus dedit, ut possint discere, numerum percipere. In his igitur ad hæc viginti, quodcumque autem al discendi potestate habet, unumquodque per seipsum considerando, ad numerandum idoneum maxime factum est. Sed numerum omnem ad numerum conferre, maius opus est, atque idcirco lunam, ut diximus, modo crescentem, modo decrecentem fecit. Hinc menses ad annum constituit, numerumque omnem felici quadam fortuna conferri ad numerum docuit. Hinc terra fecundior facta concipit, fructusque ad alimentum aut alium omnium parit, cum & suauiter venti flant, & imbres in terra gremium salubriter defluunt. Ac siquid mali in his accidit, non diuina culpanda natura est, sed humana, quæ iniuste vitam suam distribuit. Nobis autem de legibus modo scribentibus cetera quæ hominibus optima sint, facilia cognita esse videntur, & quemlibet posse sufficienter quæ de his dicuntur, intelligere, ac præterea facere, postquam quid confert, & quid non confert perspexerit. Cetera inquam nobis visa sunt, & modo videntur non nimium ardua: quo autem pacto homines boni efficiantur, penitus difficilimum. Reliqua rursus bona, possibile est, ut dicitur, & non arduum possidere, opes quatenus oportet, & quatenus non: & corpus quale decet, & quale non decet. Animum quoque bonum habere oportere

Vnde discimus numerum.

Aritmetica.

De præstantia numeri in cognoscendis rebus.

quisq; fatetur. Quomodo etiam bonus futurus sit, interrogatus quisq; ita responderet, si iustus, moderatus, fortisq; sit, ceteraq; huiusmodi. Sapientem quoq; animum esse debere, quis neget? Quae vero sapientia comparanda sit, ut nuper differuimus, nullos de multis inter se conuenire cognouimus. Nunc ergo praeter omnes quas supra narrauimus sapientias, non vilem quandam ad hoc ipsum inuenimus, ut qui iam dicta didicerit, sapiens videatur. Vtrum vero sapiens bonusq; sit, qui haec didicit, ratione quaerendum. C. L. Scitè nimium locutus es hospes, cum affirmares magna te de magnis dicturum. A. T. H. Certè non parua sunt haec, o Clinia: & quod maius est penitus vera. C. L. Ita sanè, o hospes. Labori ne cedas, quin ut coepisti progrediare. A. T. H. Dabo operam: sed vos etiam labori audiendi ne cedatis. C. L. Sic utiq; faciemus, ut ego pro vtriusq; respondeam. A. T. H. Probe. Quare alius repetendum: & primo quidem si quo modo possumus, vno nomine comprehendendum videtur, quae nam ea facultas sit, quam sapientiam esse arbitramur. Sin minus id fieri potest, saltem alterum declarandū, quae nam, & quot sunt artes, quibus habitis, sapientem more nostro hominem appellamus. C. L. Dic iam. A. T. H. Omni crimine legum labor carebit, si melius de dijs quam prisci sentiat, & optima usus disciplina, deos hymnis colat, beatitudinèq; extollat, atq; ita vitam transigat. C. L. Rectè tu hospes, quandoquidem finis hic legum tibi propositus est, ut dei cultu & vita puritate optimum atq; pulcherrimum exitum consequaris. A. T. H. Quomodo ergo dicemus, Clinia? An deos hymnis magnoperè honorabimus? supplicabimusq;, ut sequentem de ipsis disputationem optime & pulcherrimè transigamus? Itane, an aliter agendum censes? C. L. Ita prorsus. sed, o vir felix, dijs fide habita precibusq; praemis, benè de dijs atq; deabus loquaris. A. T. H. Sic erit, si deus ipse nos duxerit. Et dummodo mecum ores, dubitandum non est. C. L. Prosequaris ergo. A. T. H. Principio deorum animaliumq; progeniem, quoniam male maiores nostri de dijs tradiderunt, nunc melius tractandam ita suscipere operae precium est, ut superiorem aduersus impios disputationem à nobis habitam resumamus, qua asseritur esse deos, rerumq; omnium maximarum simul & minimarum curam habere, nec precibus ullis munerebusq; praeter iustum placari. Recordamini ne haec dicta esse, o Clinia? profecto ita tunc accepistis, ut meminisse debeatis, praesertim quia maximè vera esse constitit. Omnium verò maximum illud habitum est: Antiquiorè omni corpore omnem animam esse. Nunc recordamini? Vel maximè id quidem. Nam quod melius id & antiquius, atq; quod diuinius est, id inferiore ac viliore prius est. Et similiter dux ducto, & princeps subiecto natura prius. Id idigitur admittamus, aetiam corpore antiquiorem esse. Quod si ita se habet, quod in generatione primi primum est, verisimile profecto est prauiisse. Quare ponamus principatū principumq; principij decentius se habere, & sic rectissime in sapientiā de deorum generatione nos ingredi. C. L. Maneant ista pro humanis viribus affirmata. A. T. H. Age igitur, nonne verisimè animal secundū naturam tunc affirmamus, cum vna aetiam corporisq; constitutio, vna suo cōcursu formā parit? C. L. Rectè. A. T. H. Animal ergo hmoi aliquid merito nūcupatur. C. L. Certè. A. T. H. Solida verò corpora quinq; conuenienter dicere possumus, ex

Quae facultas sit illa quae sapientiam esse arbitramur.

quibus pulcherrima optimaq; finguntur. Alterum autè genus vniuersum vnam possidet formam. Non enim est aliud quicquam quod incorporeum esse queat, & oīno coloris expertis extrā diuiniusimum illud genus in quo est anima. Cuius generi soli fingere fabricareq; conuenit, corpori verò fingi, gigni, atq; oculis cerni. Sed anima generi, ut iterum repetamus, conuenit ut inuisibile sit, cognitionis compos, intelligibile, memoria rationisq; in ipsis imparibus paribusue transmutationibus particeps. Sed cum quinq; sint corpora, ignis, aqua, tertium aer, quartum terra, quintū aether: horū principatibus multa variaq; singula aetiam alia producantur. Quod in vno sic discernere possumus: ponamus. n. primo terrenum aetiam alium genus esse hoīes, aetiam alia multipeda pedibusq; carentia, progressiva simul, & stabilia, radicibusq; connexa. Vnū aut id vbiq; existimandum, ut quamuis oīa ex omnibus corporum generibus sint: plurimū tamen in hoc terra solidaq; natura insit. Alterum aetiam alium genus ponendū, quod et gignitur cerniq; potest, & ignis plurimū possidet. terra quoq; & aeris caterorumq; oīum paruas partitulas habet, variaq; idcirco hinc omnino animalia & visibilia gigni dicendū. Haec caelestia putamus animalia esse, diuinum astrorum genus, corpore pulcherrimo, animaq; beatissima & optima constitutū. His utiq; aetiam alibus è duabus sortibus alteram tribuendā putamus. Nā aut absq; pernicie immortalia prorsus atq; diuina necessaria singula sunt: aut vitā longēuā agunt, singulis adeo sufficientem, ut longiore non egeant. Haec in quā duo esse aetiam alium genera cogitemus. Rursusq; dicamus vtraq; visibilia esse, quorū alterum ex igne totum, ex terra alterum videatur. Sed terrenum quidem absq; ordine: igneū verò oī ordinis rōne mouetur. Quod absq; ordine fertur, amens esse putandū est, quod plerumq; faciunt, quacūq; apud nos aetiam alia sunt. Quod aut ordine in caelo progreditur, id mentē habere sufficienter eo uestigio demonstratur, quod per eadē semper & similiter proficiscitur, agitq; et patitur eadem. Anima verò intellectū habentis necessitas oīum necessitatum maxima est. ducens. n. sed non dūcta gubernat. Quando aut aetiam alia qua res optima est, consilio secundum optimū intellectum se gerit, tunc sine persuasione id quod verè secundū intellectū perficitur, necessario eueniet, nec adamas solidius immobiliusq; esse poterit. Sed tres profecto Parca, quod singuli deorū optimo deliberarunt consilio, perfectū conseruant. Oportebat igitur hominibus argumento esse, quod astra vniuersusq; ille circuitus mentē habeant, quia eadē semper agunt. Maximo. n. atq; mirabili tēporis spatio iam ante quid sibi agendum sit, deliberarunt. Nec sursum deorsumq; modo hoc modo illud consilio probant. Quare nec errant, nec praeter antiquum ordinem reuoluuntur. Multis aut nostrū contrā visum est, haec quia eadem & similiter semper agunt, animam non habere. Hanc insanam opinionem sequitur vulgus, genus humanū quia moueatur, vitā mentemq; habere putauit: Diuinum verò quia in eisdem permanet lationibus, mente carere. Decebat aut pulchriora melioraq; & dijs gratiora sentire, quod propterea mentem habeant, quia per eadem similiter profecta, eadem semper agunt. Hanc astrorum naturam esse, visus pulcherrimā, qua progressu & chorea optima vtens, omniumq; chorearum magnificentissima, cunctis animalibus comoda praeberet.

præbet. Quod autem non immeritò animata hæc esse dicamus, magnitudo quoque ipsorum testatur. Non enim tanta sunt duntaxat, quanta cernuntur: sed incredibili magnitudine singula sunt. Quod ideo credendum est, quia sufficientibus demonstrationibus id ostenditur, quibus solem totum tota terra maiorem esse, & quacunque feruntur astra mirabilem habere magnitudinem intelligemus. Cogitemus igitur quomodo fieri possit, ut tanta magnitudo ab aliqua natura possit tanto tempore circumferri. Ego igitur assero deum causam esse, nec aliter fieri posse. Animatum enim non aliter quam propter deum fieri possit, ut nos declarauimus. Quoniam ergo id facere deus potest, facile ipsi fuit primum omni corpori magnitudinis vitam tribuere: deinde qua ratione optime fieri cogitauit, hæc ducere. Demum de his omnibus veram hanc sententiam ferri volumus: impossibile esse terram, cælum, stellasque omnes, & quæ ex his constant moles, nisi aut a singulis aut adsit, aut insit, adeo exquisita ratione annis, mensibus, diebusque circūuolui, nobisque omnibus bona omnia facere. Hominem uero decet quo uilius est, eo minus de ipsis nugari: sed conari potius certi aliquid dicere. Siquis autem impetus corporum, aut naturas, aut homini quicquam ordinis huius agitationisque causam esse dicet, perspicuum nihil adducet. Verum quod diximus, iterum consideremus, ut pateat utrum oratio illa probabilis sit, an omnino futilis iaceat: qua primo dicitur, duo quædam esse, animam atque corpus, & quæ ad utriusque genus pertinet esse multa: eaque ab alijs in genere suo differre, & utraq; genera a se inuicem esse diuersa: adeo ut tertium nihil sit utriusque commune. Animam uero ita differre a corpore, quod illa mentem habeat, hoc non habeat. Illa dominetur, hoc subiciatur. Illa omnium passionum corporibus, hoc nullius causa sit. Quocirca si quis cælestia ab alio quoquam facta fuisse nec ex anima & corpore, ut diximus, constare contendat, stultus omnino imperitusque habendus est. Igitur si rationes in his omnibus adductæ quicquam ualent, atque hæc omnia diuina prorsus iudicanda sunt, duorum alterum arbitrari oportet. Nam aut deos esse hæc & rectissime quidem putabimus: aut deorum imagines, & quasi statuas esse ab ipsis dijs prudentibus dignissimisque artificibus fabricatas credemus. Alterum inquam horum decernamus, & quod decreuerimus firmiter teneamus: multoque magis hæc quam alia qualibet simulacra ueneremur. Nunquam enim pulchriora cunctisque hominibus communiora simulacra reperitur: nec in excellentioribus locis locata, puritate, maiestateque, & perpetua uita pollentia, quam hæc que undique similiter constructa sunt. Sed nunc id quoque de dijs asseremus. Nempe cum duo animalia nobis uisibilia cognouerimus: quorum alterum immortale: alterum uero quod terrenum est, omne mortale sit: iam tria de quinque medium sortita locum probabili ratione declarare conemur. Aethera post ignem ponamus, ex quo autem animalia genere arbitremur: que similiter, ut in cæteris generibus fit, plurimum de suo habeant, minimum autem copula gratia de generibus alienis: post aethera ex aere alterum autem alium genus: tertium ex aqua similiter ab aëre fingi. Quæ omnia cum autem finxerit: totum autem alibus cælum impleuit, omnibus quoque fieri poterat generibus uisæ. quæ omnia uitæ partia sunt. Secunda uero & tertia, quarta & quinta à manifestorum generatione deorum incipientia ad nos tan-

dem homines deducuntur. Deos igitur Iouem & Junonem cæterosque omnes quocunque aliquis uelit locato, modo legem eandem seruet, atque hanc rationem stabilem teneat. Visibiles itaque deos maximos, summopereque honorandos, acutissimeque undique cuncta uidentes ac primos, naturam astrorum & quæ cum aëre facta sentimus, fatendum. Deinceps uero sub his demones genus aëreum in tertia mediaque regione, qui interpretationis causa sunt, collocatos, orationibus colere, gratia laudabilis intercessionis interpretationisque debemus. Horum quidem duorum autem alium alterum ex aethere, alterum deinceps ex aere est. Ac neutrum conspici totum potest: sed quauis hi demones propè nos sint, nunquam tamen manifeste nobis apparent. Prudentia mirabilis participes sunt: acuto quippe ingenio, tenacique memoria cogitationes nostras omnes cognoscunt. Honestos bonosque homines mirifice diligunt, improbos uehementer oderunt, ut potè qui doloris participes sunt. Sed deus qui diuinam sortem perfecte possidet, à doloribus voluptatibusque liber, sapientia cognitionisque penitus fruitur. Cum autem refertum autem alibus cælum sit: & dijs summi & demones seinuicem interpretantur. Media enim animalia tum ad terram, tum ad cælum leui motu feruntur. Quintum uero quod ex aqua est, rectè semideum uocabimus. Id nonnunquam cernitur, nonnunquam aspectui nostro se subtrahit: & cum uideretur, tenui visu perceptum admirationem affert. Cum igitur quinque hæc autem alia sint, quæ aut somnijs, aut uaticinio, audituque per uocem sanorum, aut egrotantium auribus percepta, aut et in ipso est uita excessu nobis sese offerentia, nostros aëros mouent, unde multa multis sacra & priuatum & publicè his opinionibus instituta sunt, instituenturque in posterum: horum omnium legislator qui uel minimè mentis habeat, nunquam aliquid innotabit. Cauebit enim ne ad nouum minus certæ religionis cultum ciuitatem suam uertat. Nec que patria lege uel consuetudine de sacrificando firmata sunt, mouere audebit. Scire namque debet, mortali naturæ non esse possibile certi quicquam de his cognoscere. Eadem ratione pessimi habendi sunt hi, qui deos uerè oculis manifestos non predicant, & sine sacrificijs debitisque honoribus relinquunt eos ab hominibus patiuntur. perinde enim faciunt, ac si quis solè lunamque omnia lustrare, nullog in honore haberi uideat: nolit tamen pro uirili sua parte clara hæc hominibus reddere, ut solenes dies eis sacrificiaque agantur, ac tempora maiorum minorumque sepe annorum certa distribuuntur. Nōne malus & sibipsum & cognoscere ei cuius, si dicatur, merito dici uidebitur? c. l. Imò uero pessimus. A. T. H. Id ipsum, ò Clinia, scias nunc mihi accidisse. c. l. Quoniam pacto? A. T. H. Scitote octo in cælo esse uirtutes, sibynuicè sorores, quas ego inspexi, nec magni aliquid feci. cuius enim hoc facile est. Hæc tres hæc sunt, solis una, luna una, stellarum omnium, de quibus antè diximus, una, atque alia quinque. Hæc omnes & eos qui in his sunt, siue ipsi progrediantur, siue in uehiculis ferantur, nullus ita habere se putet, ut alij eorum dijs sint, alij minime, alij legitimi, alij tales quales nefas est dicere: sed omnes fratres, & in fraternis sortibus uiuantes dicamus, ijsque honores reddamus, non alij annum, alij mensem, alij nullam sortem, nullum mensem, in quo circulum suum percurris mundum ornatumque unam perficiens, quem ratio omnium diuinissima uisibilem statuit. Hæc uir felix primū summopere admiratur: deinde cupiditate ardet ea discendi quacunque

cunq; à natura mortali percipi possunt: sic arbitratus optime atq; felicissime se victurum: & cum decesserit ad congrua virtuti loca venturum. Atq; ita verè initiatus, & ipse vnus vnam reuera sapientiam nactus, reliquum tēpus in rerum oīum pulcherrimarum contemplatione versatur. Post hæc quæ & quot sunt, dicendum est. Equidem affirmare audeo, nunquam nos in hoc mendaces fore. Iterū octo esse dicimus. Quarū tres dictæ sunt, quinque restant. Quarta verò & quinta latitudo & anfractus aequali fermè velocitate cū sole feruntur. itaq; neq; tardiores sunt, neq; velociores. Atq; harū trium semper sufficiens ductor est intellectus. Solis dico & Luciferi, & tertij illius, quod cum ignoretur, nominari non potest. Quod propterea factum est, quoniam primus harum rerū spectator Barbarus fuit. Antiqua. n. regio illos aluit, qui propter æstiuæ temporis serenitatē, primi hæc inspexerunt. Talis Aegyptus & Syria fuit, vbi stella semper oēs, vt ita dixerim, clarè cernuntur: quia cæli aspectum nubes & pluuia non impediunt. Inde huc & aliò quocūq; infinito tēpore probata ista manarunt. Quapropter magna cum fiducia hæc legibus sanciantur. Res. n. diuinās non esse venerandas arbitrari, aut hæc nequaquam esse diuina, extrema dementia foret. Quod aut noībus caruerunt, causa dicta est agnomina tamen deorum tenent. Lucifer. n. qui & vesper est, stella ἀφροδίτης. i. Veneris, esse dicitur. Quod dictum Syrio noīum autori valdè congruum est: Stella verò quæ equaliter fermè cū sole & hoc currit, Mercurij. Restant tres adhuc latitudines eorū qui ad dextram cū sole lunaq; mouentur. Octauum præterea circa vnum oportet dicere: quem iure mundum supernū quis nuncupabit, qui contrā quā ceteri mouetur, ceterosq; secū trahit: vt hōībus pauca de ijs scientibus videtur. Sed necesse est ea dicere, q̄ sufficienter cognoscimus. Vera. n. sapientia hac rōne quodāmodo illi apparet, qui vel modicū quid rectè diuināq; intelligentia nactus est. Reliquæ sunt stellæ tres: quarū vna ceteris tardior est, quæ Saturni noīe à quibusdam cognominatur, quæ post hanc situ & tarditate ponitur, Iouis esse dicitur. deinde Martis, qui ceterorū maximè rubens est. Hæc intellectu, si quis exponat, difficilia non sunt. sed postquā intellexeris, ita de dijs, vt diximus existimandū est. Illud et cuilibet Græco sciendū est: nos regionem ad virtutē oīum penè optimā habitare. In hoc maximè laus regionis huius consistit, quod inter hyemalem æstiuamq; naturā media est. Quoniā verò magis quā Barbari, vt diximus, ab æstiuæ serenitate distamus: horū deorū ordinē tardius intelleximus. Verū quicquid Græci à Barbaris accepere, melius reddiderunt. Quod & in his quæ modo tractamus, cogitare debemus: quod quamuis inuentu hæc difficilia sint, magna tamen spes nobis est Græcos præstantiori cultu quā à Barbaris acceperint, hos deos oēs honoraturos, ac tū disciplina, tū Delphicis oraculis monitos oī legitima obseruatione diligenter prosecuturos. Nec Græcorum quispiam existimet non oportere mortales de diuinis rebus tractare: sed contrā omnino putet, nec mente carere deum, neq; naturā humani generis ignorare. Scit. n. se docente ita secuturos homines, vt quæ docentur perdiscant. Quod aut numerum numerareq; doceat, quodq; nos id ipsum discimus, non ignorat. si. n. id ignoraret, esset oīum amentissimus: certè & quod fer-

tur, accideret. Ipse. n. seipsum ignoraret, si potentibus discere inuideret magis quā gratularetur, quod propter deum boni efficiantur. Profecto verisimile est, quādo primum hōēs de dijs cogitare cœperunt, quod essent, & quales, quidue agerent, non vt prudentes quidē, nec vt secundi indicauisse, qui antiquissima esse putauerunt ignem & aquā & cetera corpora: mirabilem autē aiā posteriorem. Vnde & corporis motum potentiorē, honorabilioremq; ducebant. Nempe seipsum calore & frigore, ceterisq; hōī agitare. Animam verò neq; corpus, neq; seipsum mouere. Nunc verò cum dicamus, si aiā corpori adsit, nihil mirum esse, vt & seipsum moueat, & corpus circūferat, dubium nobis nullum est quin pondus ab ea circūferri possit. Cum autem vniuersi causa aiā sit, & rerum alia bona sint, alia mala, latitudinis quidem oīs motusq; causam animam esse dicendum: sed latitudinē motusq; ad bonum ab optima aiā proficisci, motū verò ad contraria, contrarium. Mala autē à bonis victa esse, vnicuiq; oportet. Hæc nobis secundū iudicium impios puniens, dicta sunt oīa. Quantum verò attinet ad id quod modo probatur: dubitandū non est, quin bonus vir sapiens sit dicendus. Sed videamus nunquid hanc sapientiam quā iandiu quarimus, per disciplinam vel arte aliquam assequamur. quod si ignorauerimus, expertes, ignariq; iustitiae futuri simus. Ita profecto mihi videtur, quare dicendum est. Quod igitur sursum deorsumq; inuestigando cognoui, oratione vobis aperire conabor. Nā maxima virtus neglecta ignorantia causa fuit, vt prædicta nobis significare videntur. Maiore verò virtutem religione pietateq; in deum, nullam in humano genere inueniri quāquam sibi persuadeat. Id ex maxima ignorantia in optimis naturis factum non est. Optima autem natura sunt quæ rarissime reperiuntur, & si quando reperiuntur, maxime profunt. Animus certè facilis ille est, qui tardam contrariamue naturam māsuetè & mediocriter possidet, fortitudinem admiratur & temperantiam diligit, & quod maximū est in his naturis, ad discendū proptus est ac memor, & huiusmodi rebus maxime delectatur, discendi studio deditus. hæc vtiq; nec facile innascuntur, & cum innata fuerint, si educationem disciplinamque idoneam consequantur, plurimos inferiores ita moderari & continere possunt, vt cogitando, loquendo atq; agendo singula erga deos, vt oportet, & quod oportet, in sacrificijs purificationibusq; eorum quæ in deos & hōēs facta sunt, non simulatione, sed veritate virtutē maximè colant, quod ciuitati oīum vtilissimum est. Hanc igitur partem natura principalissimam esse asserimus, posseq; quā maximè atq; optimè si quis doceat, discere. Nemo autē docebit nisi deus adiuuerit. Ab eo verò qui modū in docendo non seruat, præstat non discere. necessariū tamē ex his quæ modo dicta sunt, videtur hæc discere, & à nobis naturam hanc optimam dici. Quare conemur exponere quæ & qualia sint, & quō perdiscenda, idq; pro meis qui differo viribus agatur, & eorum qui exaudire poterunt quo pacto cultus diuini nonnulla discantur. Inuitatū quid forsā audietis, nomen tamen rei dicamus, quod nullus propter huius rei imperitiam arbitraretur. Nolite ignorare Astronomiam sapientissimū quiddam esse. Nēpe necesse est verū astronomum esse, non eum qui secundum Hæsiodum omnesque huiusmodi, occasum ortumq;

Astronomiam
lanciam
dignitas.